

Andreas Cricius episcopus Pre:
mistiensis, Petro Tomicio episcopo Cra:
coviensi regni Poloniae vicecancellario.

99

Reverendissime in Christo pater et Domi:
ne, benefactor gratiosissime. Mandare mi:
hi dignata est maiestas regia, has literas
vestrae dominationi reverendissime, et do:
mino palatino mittere, ex quibus intel:
ligent, quam principes illi urgeant ad
comparandum in termino Designato. Idem
agit mecum dominus Strigoniensis, ne per
maiestatem regiam compromissum videre:
tur annullatum, verum ut puto, non ca:
ret mysterio aliquo hac cura ipsius Do:
mini archiepiscopi et missio pro legato
apostolico. Vellet maiestas regia quam ce:
lenius rescribere, optatque ut dominationes
vestrae quantocius sententiam suam si:
gnificent. Mitto etiam vestrae dominatio:
ni reverendissime literas nostri Brodeni
et Pisonis, ex quibus intelliget nihilomi:
nus eos promoveri, qui et nihili sunt, et
non nisi merimoniis nituntur, habet ta:
men ipse Brodenicus adhuc spem nonnul:
lam, eam fuliri cupit regio patrocinio,
qua in re, cupio amicum et nobis addi:
ctissimum iuvare, proindeque supplico reve:
rendissime dominationi vestrae, dignetur michi

in ea

in ea ipsa re consilium prestare, et ma:
iustati regia pro eo nonnihil scribere.
Utterque tam Brodenicus quam Piso deno:
tant graphice dominum Stigoniensem, cu:
ius studium est neminem idoneum, ni:
si qui totus ex se dependeat, promovere.
Dignetur rogo utriusque literas mihi rur:
sus remittere. Commendo me humiliter
reverendissime dominationi vestra. Datum
Cracovia in vigilia conceptionis Domi:
nae nostrae, anno Domini millesimo
quingentesimo vigesimo quarto.